

www.e-rara.ch

Disputatio de inflammatione lateris seu pleuritide

Ammianus, Johannes

Basileae, 1664

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-18364>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DISPUTATIO
De
INFLAMMATIONE
LATERIS seu PLEVRITIDE

Quam
AVSPICIO DIVINI NUMINIS
AUTHORITATE & DECRETO
*Amplissimi ac Magnifici Medicorum
Ordinis in Academia
Basileensi*

Pro
SUMMIS IN ARTE MEDICA HONORIBVS
ac Privilegiis rite & solenniter
consequendis,

Publico Eruditorum Examine subicit
JOANNES AMMIANVS
Scaphusa-Helvetius.

Die 27 Maji Anni. M. DC. LXIV.

Loco horisq̃ue consuetis.



BASILEÆ, Typis JOH. JACOBI DECKERI
Academiae Typographi.

Catalog





V I R I S

*Magnificis, Amplissimis, Nobilissimis,
Prudentissimis,*

DN. LEONHARDO MEYERO,

DN. JOANNI MEDERO,

Consulibus.

DN. JOANNI GEORGIO OTT. Proconf.

DN. JOAN. JACOBO STOKARO von Neüsoren.

DN. ALEXANDRO HVTERO,

Quæstoribus.

Cæterisque inclytæ Reipubl. Scaphusianorum
Senatoribus, Patriæ Patribus, sapien-
tissimis, spectatissimis,

Nec non

DN. JOANNI HEINRICO AMMIANO

Minoris Consilii Adfessori, ac rei monetariæ
Præfecto, parenti æternum colendo.

DN. FRIDERICO LVCIO SCRETÆ

M. & Ph. Doctori, Præceptori ac Fautori suo
plurimum suscipiendo.

Cæterisq; amicis hoc suum inaugurale thema dicat

JOANNES AMMIANVS

P R Æ L O Q V I V M.



Vltis erroribus obnoxiam, multisq; conjecturis at
 dubiis jactatam esse hactenus nostram medici-
 nam, & adhuc dum jactari, haud, reor, proluxa
 eget probatione. Possem namq;, si instituti id
 ferret ratio, longum eorum texere catalogum.
 Unicum impraesentiarum, jam ab Hippocratis
 aeo ad nostrausq; secla foveri ceptum, V. S. in
 pleuritide instituendam intellego, adduxisse sub-
 ficiat. Quot enim ingenia exercuit, quot eruditorem calamos fatigavit
 decantata illa questio, an in lateris inflammatione ex affectu an affectu
 opposita partis venis sanguinem revellendi consilio detrudere expediat?
 qua vena tundenda feriendave? Nondum Gordonius hic nodus à quoquam
 discissus, nec rationibus ullis lus hæc direma esset, nisi Divina nobis gratia
 Harvei in rimandis scrutandisq; animantium visceribus humorumq; in
 vasis circumfluentium motu observando seduli industria circuitus san-
 guinis, seu perennis illi humorum in orbem circumvolutio innotuisset.
 Hic nobis πηγὴν ἔχειν τοῦ αἵματος, sanguinis fontem, cuncta corporis mem-
 bra vitali succo irrigando refocillantem intento digito ostendit: rursusq;
 quomodo humoridem per arterias ad pulsus, ad cor, in venas prius receptus,
 iter suum relegat; ubi denuo excoctus ac spirituum virtute imbutus,
 contractis lacertulis ceu musculis valido impetu in arterias protruditur,
 eadem circuitus observata lege. Hic primus facem nobis ad abstrusa quæq;
 quæ in corpore contingunt παρένεγκεν prætulit investiganda. Hujus
 Celeberrimi viri vestigiis insistentes, difficultates quascunq;, circa hunc
 affectum moveri solitas, facili negotio nos superaturos confidimus. Cum
 etiam à nemine hactenus in dubium sit vocatum in superioribus partibus
 celebrari V. S. debere, nos etiam in inferioribus magno cum ægotantium
 cōmodo sanguinem educi posse demonstrare satagemus: prius autem
 quam id agam de nomine, subjecto, causis ac signis pleuritidis, quantum
 temporis angustia, qua urgeor, concedet, tractabo. Præciso ergo
 ulteriori verborum ambitu ad rem ipsam me
 adingam.

DE PLEVRITIDE

THESIS I.

I *Πleuritis*, quam explicare adgredior, *ὑπὸ τῆς πλευρῆς* à latere, vel *ὑπὸ τῆς πλευρῆς* à costa deductam, à parte affecta, (ut & hepatitis, ab hepate) nomen traxisse liquet. Latinis *morbus lateralis*, *inflammatio lateris* dicitur. Germani den *Stich* / *Seitensich* oder *Brust-geschwer* / cum jam vires eundo adquisivit malum, ac mora invaluit, vocant. Italis *mal di punta* adpellatur.

II. Non extra oſeas vagari, nec ab instituto meo digredi videbor, si receptum vulgò errorem hoc loco perstrinxero. Unanimi hætenus consensu *πλευρῶν* costas succingentem membranam, ipso quoque Hoffmanno, medicorum alias Aristarcho, ad sensum præbente, verterunt interpretando. Verùm nulla Veterum auctoritate nixi, hoc fecerunt. *ἡ πλευρὰ* costam, nequaquam *ὀστέα ὑπεζωστήα*, prout apud omnes prisca ævi medicos legere est, significat. *Αἱ πλευραί*, costas, lateralia illa ossa seu quæ cratem illam osseam constituunt ; *τὰ πλευρὰν* vero latus, denotant. Latus autem ambitu suo non solum circumjectam & adfixam oslibus carnem, sed & his instratam tunicam complectitur. Non enim lateris solum divisionem secundum latitudinem, d. & profunditatem, id est, non solum membranam thoracis cavum ambientem, sed & musculos intercostales internos, intelligere oportet. Externos cum serratis musculis, utpote ad habitum corporis potius spectantes excludo. Hinc inflammatio in musculis his oborta, veræ pleuritidis nomen haud meretur.

III. In proxima th. non solum membranam thoracem investientem, sed & costarum intervalla implentes musculos internos, pleuritidi subiectum præbere, statuimus. Quo namq; pacto

paſto fieri poſſet, ut pleuritica hæc membrana inflammatione, non ſimul eadem muſculis hiſce obſeſſis, corripitur, quippe qui eodem, per eadem vaſa adveſto, irrigantur ſanguine. Vaſa enim ſua à venis arteriſque membranam pleuriticam trajicientibus accipiunt, quæ plurimis furculis in vicinos muſculos excurrentes, ſanguinem iſdem adportant. Quando ergo ſanguis æſtuans turgescit, motuque concitato ac impetuoſo per vaſa fertur, ut in latere extra vaſa extruſus pleuritidem producat, nunquid ſimul hoſce inundabit muſculos?

IV. Ardua heic quæſtio ſeſe ingerit, quam primus Dictator noſter moviſſe videtur, *an etiam pulmones, imo an ſoli pulmones in exquisita ac legitima pleuritide inflammatione corripiantur? Et quomodo talis inflammatio in iis contingere queat?* Si Hippocratis monumenta evolvimus, librumque de locis in homine penitus inſpiciamus, in ea eum verſatum fuiſſe ſententia cuius patet, peripneumoniam ac pleuritidem eadem gaudere ſede, eidemque ſubjecto inhærere, ac diſcrimen in hoc duntaxat conſiſtere, quod peripneumonia totum pulmonis viſcus; pleuritis vero alterutrius lateris partem infeſter: Vel, ut alii volunt, quod peripneumonia viſceris profunda ac interiora occupet; pleuritis vero externam ſextimam ſuperficiem obſideat. Hipp. ſententiam præfato libro t. 52. abunde perſpicere licet; ita enim reliquit ſcriptum: *Ὅταν ἐς τὸν πνέμονα ῥέσῃ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τῆς βρόχει καὶ τῶν ἀρτηριῶν, ὁ πνέμων ἀπεψαφάρως ἐὼν, καὶ ξηρὸς φύσῃ, ἔλκει ἐφ' ἐαυτὸν τὸ ὑγρὸν ὁ, πᾶν δύνηται. Καὶ ἐπὶν εἰσρύσῃ μείζων γίνηται. Καὶ ὅταν μὲν εἰς ὅλον ῥέσῃ, μείζων ὁ λόβος γινόμενός, ἀμφοτέρων ἐμφαυσεν τῶν πλωδύρεων, καὶ περ πνέμονίῳ ἐπίησεν. Ὅταν δὲ τῆς ἐτέρης μένον πλωδύρεως.* Hanc divini Senis doctrinam plurimi, noſtri ac ſuperioris ſæculi, non infimi ordinis medici ſequuntur, qui non ſolum ſingulari quadam dexterritate medicinam faciendò, ſed frequenter hominum, quos morbus hic è medio ſuſtulit, cadavera ſecando, veram eandem compererunt; pulmonemque ſemper, pleuriticam verò membranam rarò affectam obſervarunt. Modus generationis hic eſſe poteſt. Cum ſanguis præter naturam ſe habet, & ad pleuritidem excitandam aptus eſt

natus, pulmonum vasa (per quæ totius corporis sanguis in sinistrum cordis ventriculum commeans transmittitur) permeando, si vel concitate nimis moveatur, ut transitus viam sibi ipsi præcludat, vel crassiores ac concretas sanguinis partes secum vehat, quæ ad extrema vasorum protrusæ, cum in venas, quæ mutuis osculis arteriis junguntur, sese insinuare nequeunt, ibi subsistunt, ac sanguinis circuitum impediendo, necessario stagnationes ac collectiones sanguineas faciunt, quæ alio atque alio adpulso sanguine magis etiam atque magis augentur, unde oppressiones illæ cordis ac angustię, dolorificæ quin & distentiones (non enim sensu destituitur pulmo) ac dilatante se pulmone, ad tusim exstimulato, lancements, punctiones, lacerationes, de quibus ægrotantes quærelas instituire audimus, ortum suum habent. Reseratis vasorum orificiis, mox inter initia, primoque insultus momento, liquidi sanguinis, nonnunquam in grumos parum coacti magna vis tusiendo rejicitur, qui certo est argumento, in pulmonum carnem ac meatus hunc fuisse effusum sanguinem, non compactam, densamque adeo texturæ membranam pleuriticam transfudando penetrasse. Etiam, quotiescunque ægrotanti, misso prius sanguine, remedia dolori demulcendo ac sanguini concreto dissolvenda destinata exhibemus, paucarum horarum intervallo, sanguinem, quo morbus sæpius judicatur, exspuere experientia discimus. Quibus, rogo, viis è latere in pulmones tanta copia defluere posset? Vero videtur similis, vim horum medicamentorum cum sanguine ad pulmones delatam, stantem ibi stagnantemque sanguinem dissolvisse, fluxilemque rursus, quo ab oscillis bronchiorum sorberi posset, reddidisse.

V. Et hæc sunt rationum momenta, quæ Viri Cl. Platerus & Zechius, alique pro sententia sua stabilienda adducunt, quibusque exquisitæ pleuritidis sedem solos esse pulmones, persuadere nobis conantur. Hæc controversia etsi difficultatibus suis haud careat, ut ex parte jam ostensum, in retamen dubia ac obscura, quod animum veritatis avidum exsaturare potest, adferre tentabimus. Pro faciliiori ergo hujus quæstionis decisione inter humidam & siccam distinguendum maximè. *Siccam*, utpote gravioribus stipatam symptomatis, perniciosiorem

florem esse vel inde patet, quod licet natura continuo ad id,
 quod stimulo suo eam lacescit, periculumq; minatur, excutien-
 dum insurgat, nihil tamen effatu dignum ejicere valeat; Et
 hanc in tunica succingente ac musculis intercostalibus sedem
 suam habere affirmo; Hæc quoque nitempestive subveniat,
 cum materia *Διὰ συμφορῶν χαλῶν* evacuari nequeat, in
 supurationem abit, à qua pulmones aliquam putredinis
 labem contrahere possunt. Et persuasus sum, etiam Hipp. au-
 toritate, plurimas pleuritides nullo adhuc extra vasa ejectione san-
 guine, sed intra eadem adhuc stagnante proferri; vasa sc. ca-
 pillaria tunicæ huic ac carnibus intertexta, acrique ejusmodi
 ac bilioso & fervente sanguine turgentia, tunicam in tumorem
 attollunt, suæque acrimonia urunt, pungentesque dolores infli-
 gunt; cum vasa manent integra *πλερίτις* hæc *ἀνδρῶν ῥηγμα-
 τῶν* Hipp. vocatur. Tu si inter initia remedia acrimoniam il-
 lam mitigantia, fervorem sedantia, ac ductus venarum obse-
 ratos referantia adhibueris, raro non scopum tuum adsequeris,
 id est sanietatem reddes. Si vero pleuritis illa sit *μὲν ῥηγματῶν*
 curatu difficilis, propter mala quæ post se trahit vehementia.
 In *Humida*, id est ubi sputa eruenta *αἷμα πτηνόνται*, quis
 pulmones (non tamen solos) affectos negabit? nec ita insen-
 sibilis pulmo est, ut multis videtur, plurimi in ipsum propa-
 gati nervorum surculi vim sentiendi ei impertiunt. Huc re-
 ferri possunt argumenta quibus Platerus, Zechius ac omnes
 fere Romani medici pro sua sententia adstruenda utuntur.

VI. Hactenus de subiecto; Consequens est ipsius morbi de-
 scriptionem nunc exhibere: His verbis eum exprimere defi-
 niendo licet *Pleuritis est inflammatio lateris*. Subficere hæc, de-
 monstrabimus: Complectitur namque genus, quod commu-
 nem morbi naturam ob oculos ponit; & differentiam, quæ
 propriam exponit. *Genus* inflammatio est; & hæc stagnatio
 sanguinis in aliqua parte. Sanguis hic est fundamentum quod
 peccat; stagnatio vitium quo peccat. Subiectum, ubi morbus
 est, latus est. Qua pleuritis est inflammatio, necesse est habeat,
 quæ inflammationem consequi solent. Ita rubor & calor san-
 guinem, materiam inflammationis, fundamentum morbi, do-
 lor &

Dolor & tumor excessum, vitium sanguinis, formale morbi : Pulsatio denique & renisus, sanguinem stagnantem, totum morbi consequuntur. Ex omnibus autem hisce dolor & calor soli in sensum incurrunt, cæteris se non potentibus in apertum dare, quod neque videri locus, nec tangi potest. Quandoque calorem æger non sentit, cum parum est, quod in parte stagnat. Cum ergo morbi pathognomonica rem in certo non ponunt, necesse est ut diagnostica ponant. Signorum hoc genus hoc affectu aut partis symptomata propria aut proprietates in symptomatis morbi à parte debent. Hujus generis sunt non solum aculeatæ illæ punctiões, quo se dolor manifestat; verum etiam rubor & tumor non adparentes. Prioris autem generis non sunt tussis simpliciter & respiratio difficilis ac febris continua, ut ajunt vulgo, sed tussis insanum stimulans; stimuloque veluti enecans; respiratio densa, brevis, intercisa; febris tertiana continua simplex vel duplex, quibus addere oportet, doloris ad jugulum l. hypochondria inclinationem, ut & ejus ex hoc vel illo modo decumbendi exacerbationem vel non. Antonid. van der Linden in suorum meletem l. III. §. 43.

VII. Causarum nunc indaginem iustituemus. Eæ autem in triplici versantur discrimine vel enim *συνεπική* est, proxima & continens, l. *προηγμένη*, antecedens, vel *προκαταρκτική* seu evidens.

VIII. Proxima ergo hujus morbi causa est sanguis fervens, æstuansque, interdum sincerus, ut plurimum aliis excrementitiis humoribus ac particulis heterogeneis conspurcatus, à corde per arterias intercostales in latus impulsus. Advertendum hoc loco inflammationem omnem, quæ aliquod corporis membrum obcupat, quamque nulla externarum causarum violentia induxit, symptomaticum esse morbum, pendereque ab alio, ac illum seu causam agnoscere. Oriuntur namque tales *φλεγμοναί* ab ebullitione & excandescencia quadam sanguinis præter modum in vasis majoribus cordeque accensi; ex quo in membrum propellitur, ubi ob aliquod vel sanguinis vel vasis vitium in motu suo præpeditus ac in grumos condensatus stagnat, à quastagnatione varias corruptionis labes subit: Eo modo ut aquæ

aquæ ex alveo latiori ampliori que per angustiore[m] seu catara-
ctas coactè decurrentes in tumorem sentim adfurgunt, quia
omnis qui adfluit, pari celeritate transire nequit. Ita res habet
cum sanguinis circuitu, in singulis membris membrorum que
partibus peragi solito, quando per arterias plus sanguinis alla-
bitur, quam venarum oscula, cum arteriis extremitatibus tenus
connexa, absorbere possunt, intumescunt, tandemque dis-
rumpi periclitantur, à corde enim usque & usque in membra
urgetur sanguis. Quemlibet docere possunt chirurgi cum è
venis sanguinem detracturi, brachio injiciunt vinculum. Tale
quid si in corpore contingit, propter spiritum irritatum major
excitatur affluxus, hæc irritatio à dolore, sanguinis orgasmo
aliisque causis, motum concitatio[n]em sanguini inducere valen-
tibus, proficisci potest.

IX. In humorum hoc motu p. n. varia occurrunt conside-
randa:

I. *Terminus à quo seu pars mandans* (hanc enim nosse pluri-
mum refert,) quæ aliquid in alias partes mittit distribuit-
que: hæc ut in omni inflammatione, sic & in hac cor est, san-
guinis ille focus ac fons coloris, unde flumina, quibus cor-
poris alveus irrigatur, excurrunt. Hoc omnes humores in vasis
circumfluos recipit, receptos virtute que spirituum ac caloris
imprægnatos vi sua propellendi in partes corporis protrudit:
Ab hoc in partes omnes omnis est fluxio tam virifica, quæ ali-
mentari succo eas perfundit; quam inflammatoria, qua easdem
ceu torrente inundat.

II. *Terminus ad quem seu pars suscipiens*, in quam quod mole-
stum est, depellitur, in nostro affectu latus est, in quod
humor ille naturæ insensus ac peculiari modo lateri infestus
deponitur.

III. *Humor* qui movetur & impellitur in partem ibique
stagnando quiescit. In hoc mobili iterum duo veniunt spectan-
da, materia & motus seu movens materiam. Materia potest esse
sanguis quicumque vel nimium fervens, turgescens que in vasis,
cui ut plurimum alia quædam extranea, ut humores, crassiores, vi-
scidiores, grumuli sanguinei, coagulatae ve sanguinis portiones

sunt admixtæ, quæ cuncta ut sanguis in motu sistatur, efficere possunt; hinc mole auctus, tandem continui solutionem dolo-remque acutum infert. Motu vehementiori in omni inflammatione sanguis in partem truditur: Vehementiæ huic occa-præbet, fervor sanguinis, qui interdum antequam in latus decumbat, integri diei spatio durat: Fervori, irritatio spiritus, irritationi dolor; Dolori alia atque alia. Dolor quo major eo plus sanguinis ad partem laborantem concit. Hinc implentur ab ebullitione sanguinis arteriolæ, hinc tenduntur, hinc rum-puntur, unde inflammationes sobolescere possunt.

IV. Viæ per quas sanguis affluit, sunt arteriæ inter-coſtales, tam superiores quam inferiores.

X. Satis de proxima: Sequuntur antecedentes, quæ morbo materiam suggerunt. Suntque humores l. laudabiles l. vitiosi seu plethora & cacochymia, quoties nim. humores hi in vasis luxuriantes, effervescentiam ac orgasmum quasi concipiunt: nimioque suo motu, quantitate ac qualitate naturæ molestias creant, quæ rerum suarum satagens, eos è corpore deturbare nititur, quod cum non semper effectum dare possit, in alias eos partes defigit. Sic pleuriticis sæpe hoc venit usu, ut antequam sanguis in latus irruat, variis symptomatis ac signis suum pro-dat orgasmum, æstum ac lassitudinem in toto corpore excitet, nonnunquam horroris sensu, præsertim invasionis tempore concutiantur, sentiantque totius corporis œconomia quanda perturbationem antequam in nerum erumpat morbus. Tu si in tempore succurres, in herba quod ajunt, suppresses morbum.

II. Procatartica sive evidentes moventesq; causæ, quæ sanguinem humoresque variè commovere partemq; adficiendam labefactare possunt, diversi sunt generis, quæ rerum non-naturalium nomine veniunt, veluti.

I. Aer, cum inspiratus, tum circumfusus, idque vel qualitatatum immoderatione, l. substantiæ vitio, vel mutatione subita morbi hujus causa existere potest. Frigidus aer occurſu suo cutis spiracula ac meatus occludendo, vaporum ac fuligini-um è massa sanguinea exhalationem præpedit, quæ resta-
gnantia,

gnantia, mole eam augent ac turgere faciunt: Vnde oborta quadam quasi effervescencia spiritus impetum faciunt, huc illuc inordinate moventur, sicque conciti sanguinem magis ebullire cogunt, unde distenduntur vasa, pulsus fiunt pleniores, majores ac vehementiores, qui fervor si diutius duret, sanguisque per intercostales arterias advectus ea, qua par est, celeritate in venas non referatur, facili negotia exilia hæc laterum vasa rumpuntur, lacerantur; sicque ab elapso sanguine pleuritis excitatur. Vel etiam hac ratione frigus aeris, aquilo præsertim derepente sæviens, pectori est infensum, quod cutis carnisque meatus coarctando, vasaque carnibus immersa constringendo, sanguinis motui remoram injiciat, vel eundem etiam inspisset ac coagulet & ad fluendum inhabilem reddat: subitæ etiam aeris mutationes spiritus jactant ac quassant, sanguineos putredine infestant, biliosos & serosos orgasmo inquietant, pituitosos fluxionibus excruciant, aliaque mala corpori inferunt. Hæc me frequentiores esse pleuritides quotannis experimur, nam ἡ δὲ χειμῶν πνευρίτιδες Hipp. aph. 23. III. Verna tamen etiam tempestas crebro hunc parit affectum, solis redeunte calore, quo tempore & aliæ accendi solent febres; Calor namque vernus veluti novum fermentum sanguineæ massæ inspirat, vitiosos ac laudabiles succos in vasis efflorescere cogit, hinc fieri potest, ut sanguis alicubi in transitu hærens, in latere præsertim ob humoris hujus peculiarem proprietatem, inflammationem proferat. In regionibus etiam frigidioribus, ventorumque frigidiorum impetui expositis frequentius affligunt pleuritides.

XII. Cibus quoque in harum causarum censum venit, nimium calidum, acrem, vel alio quo modo vitiosum succum subpeditans.

Vini meracioris generosiorisque potus, nimiusque ejus usus sæpius pleuritidem parit. Hoc namque spiritibus cum abundet, largius ingurgitatum, calorem ac effervescentiam subtili spirituofoque sanguini impertit, qui & reliquam cruoris massam exagitat & ita orgasmum in toto sanguine excitat, hic sanguinis impetus si versus latus ruat, inflammationem produ-

cere potis est. Promovet hæc omnia frigus repentinum nudo præsertim corpore susceptum, quo sanguis subito refrigeratus in varias secedit partes, quarum quædam in grumos coeunt, quædam aliam corruptionem subeunt, sicque in vasorum angustiis hærentes ac sanguinis motum impediētes, inflammationis causæ sunt. Quæ omnia eleganter Hipp. I. II. d. morb. t. 56. expressit: Lateralis morbus, qui pleuritis dicitur, ad hunc modum oritur: Cum cumulata & valida potiones admodum occuparunt. Vino enim incalescit totum corpus & humectatur, potissimum verò bilis & pituita, quibus agitatæ & humectatæ temulentum sive sobrium rigore corripī continget, præsertim cum latus ex reliquo corpore nudatum sit carne, neque quidquam intus habeat, quod renitatur, præter ventriculū, ideoque maxime rigorem sentit. Et cum rigorem ac perfrigerationem senserit, tunc caro quæ est in latere, tum venulæ contrahuntur, & quidquid in ipsa carne & venulis bilis inest & pituitæ, id magna ex parte aut totum intrò ad caliditatem propulsum, carne extra condensata secernitur, & ad latus impingitur, doloremque vehementem excitat & incalescit.

XIII. Retenta quoque multum in inferendo hoc morbo valent: sic mulieres suppressis mensibus, vel lochiis non prodeuntibus huic hoc malo sæpius implicantur. Modum quo hoc fiat subtiliss. Willius in suo de febribus libr. eleganter exponit. Quando puerpera pleuritide afficitur, putandum est, quod propter *μιασmata* in gravidationis tempore congesta, accidit sanguinis diathesis quædam acidiuscula, cujus ratione dum ipse febriliter efferverescit, ejus partes quædam acore perfusæ in hoc aut isto loco congelationem instar lactis acrescentis & proin coagulati subeunt. Cruor ibidem gelatus & in circuitu impeditus, reliqui transitum inhibet, sanguis à motu obstructus in obicem suum arietat, ideoque circum circa congestus & extra vasa propulsus in tumorem ad crescit, inde statim quidquid in massa heterogeneum ac secernibile continetur, in partem affectam veluti cloacam deponitur; quare sanguinis corruptelæ per uterum expurgari solitæ, illic versus morbi hujus focum derivantur quæ cum hac via satis expurgari nequeant, & cruor

ris

ris liquor insignius corrumpitur, & particularis istius morbi iudicium difficultius redditur: Huc pertinent & hæmorrhoides suppressæ, alii itidem fluxus quicunque intempestivè re-
renti &c.

XIV. *Motus* etiam minius ac vehementia corporis exercitia, veluti cursus, pilæ lusus &c. quibus spiritus ac sanguis valde incalescunt, ac rare fiunt & rapide per vasa circumferuntur. Ab exercitiis violentis adhuc æstuantes, si levandæ sitis desiderio frigidam affatim hauriunt, facile in hunc affectum incurrunt; causas modo reddidi. Etiam animi parthemata modum excedentia aliquid ad morbum huncce proferendum faciunt.

XV. Agmen harum causarum claudet violenta externorum nicursio, veluti lapsus, ictus, contusio, quibus venæ arteriolæque tam externæ quam internæ rumpi possunt, sanguisque in vacua carniū ac membranæ spatia illabitur; à quo inflammatio.

XVI. Et hæc de causis; sequuntur differentiæ, quas nunc persequemur. Dividitur.

I. *In legitimam & notham.* Legitima est, quæ omnia habet naturæ suæ requisita, quando nimirum membrana succingens, unâ cum musculis intercostalibus, pulmonibus quandoque, inflammatur, & quidem à sanguine qualem supra descripsimus. *Notha*, quæ externas occupat partes, nec semper à sanguine, qui implendo, sed sæpius à flatibus qui partes membranosas inflando, dolores acres iis inurunt, ortum ducit.

XVII. *Alia est ascendens, descendens* alia, & hoc discrimen magni est momenti propter *ῥεσπείων*, V. S. sc. instituendam. *Ascendens* autoribus est, quando dolor ad jugulum; *descendens* quando ad hypochondria pertingit. Sed signum pro natura rei ponunt. *Ascendens* mihi est, quæ inter primam seu secundam & tertiam costarū superiorum, vel toto hoc spatio, sedem suam figit. *Descendens* quæ à quarta ad quintam, à quinta ad sextam septimamve fit. Tria superiora costarū intervalla à truncis ascendentibus & quidem intercostalibus superioribus; reliqua inferiora à descendentibus, vena ajugi & orta magnas

vasa sua accipiunt. Et hoc est quod medicis in mittendo sanguine observandum puto.

XVIII. Alia etiam *dextra* est, alia *sinistra*. Dextræ quæ in dextro latere consistunt, sinistris sunt frequentiores, quod venæ αἱμαρῶν rami insigniores ac majores ad spatia intercostalia dextra membranamque succingentem pertineant, quas arteriæ pari ferè amplitudine comitantur. Hac de causa Creatorem voluisse suspicor, ut in omni animali ita etiam in homine plus sanguinis in dextri lateris vasis contineatur, dextraque præ sinistris robore polleant majori. Quod & lanionum experientia testatur, dextrum latus ponderosius esse, quia carnosius, sinistro. In sinistro latere vascula hæc non tantæ sunt capacitatis, unde rariores; etsi & sæpè accidant, & tum periculosæ sunt, & exitio quandoque ægris, sanguis enim extravasatus non ita promte in vasa redire majora potest, hinc magnæ sunt collectiones sanguineæ & abscessus, unde empyemata, phthisis, &c.

XIX. Alia est *postica* sive dorsalis, ἐν νότω; alia *lateralis*. Postica omnium est rarissima, & in quo differat à cæteris Hipp. I. οὐκ ἐν πλάγιον tradit. Laterales sunt quæ in partibus sternum & dorsum interjacentibus hærent, raro non sub mammillis.

XX. Alia est *humida*, alia *sicca* ξηρὴ Hippocrati dicta. I. οὐκ ἐν πλάγιον, γ. Εἰσι δὲ ξηραὶ πλεονεξίαι, ἅπλωτοι. Χαλεπαὶ δὲ αἱται. Sicca est, quando nihil humoris morbum facientis excernitur, sed continuus duntaxat ad tusiendum vexat stimulus, & tunc latus tantum inflammatum esse vero valde est congruum. Humida est quando καὶ δὲ χάς τῆς νόσος τὰ πνεύματα πρὸς τὴν πύλινται: in hac pulmones quoque affectos esse ratio suadet.

XXI. Ratione graduum alia est *incipiens*, quando nimirum ægri perturbationem in toto corpore sentiunt, mox horris sensu quatiuntur, de cordis etiam angustia ac oppressione quærentur, febris adest mitior, quando tusiunt, punctiones leviores & optimè adhuc ferendas, ob stagnantem intra vasa sanguinem percipiunt.

XXII. Alia periodica est quæ statis quasi temporum intervallis recurrit; alia quæ nullam servat periodum. Sic constat experientia, nonnullos quos ter quaterve hic affectus exercuit,

cuit, singulis postea bienniis sive trienniis designato quasi tempore hoc morbo correptos decumbere, lentoque tandem fato confici. Plurima exempla adducere possem, ni temporis angustia nimiaque festinatio hoc vetarent. Hi ut plurimum imò semper in phthisin incidunt. Latus enim & pulmones, frequenti sanguinis inundatione labefactatum, purisque acrimonia exesum proclive admodum ad quamvis materiam suscipiendam redditur, unde & pulmones transeuntis puris virulentia flaccidiores (vesiculis præsertim, è quarum infinita congerie mirabili artificio connexarum contextus est pulmo, corrosis) redditi, sensim exulcerantur τὸ πῦρον γὰρ ἐν τῷ πνεύμονι καὶ τῷ καθαίρει ἐλκοῖ καὶ σήπει, quæ labes postea sanguini pulmonum vasa circumeunt inprimitur: Unde sanguis sanie illa raboque caustico inquinatus, partibus nutriendis ad pulsus igniculis suis non solum sanguinis sed & partium solidiora colliquefaciendo atterendoque maciei occasionem præbet. Causas, ob quas definitis temporum spatiis redit hoc malum, ni tempus me deficeret, adsignare promptum esset.

XXIII. Præcipua differentia sumitur à materia seu causa huius morbi; quod alia sit sanguinea ἀμασώδης Hipp. quam sincerior sanguis, in venis luxurians, invehit, & hanc vocat Hipp. ἰσχυρὴν, ἐπίπονον, καὶ θανάσιμην, propter abscessus magnos, qui eam sequuntur. Alia biliosa χολώδης, hancque ἡπιασμένην dicit, ἣν μὴ ῥήγματα ἔχει ὁ κάμνων, i. e. ni bilis extra vasa sit effusa Alia melancholica; alia à sero sanguilento, acri, salso; alia à pituita, quæ omnium rarissima.

XXIV. Differentias excipiunt signa, quæ vel diagnostica sunt, vel prognostica. Prioris generis sequentia ab Hipp. recensentur l. d. morb. II. 1. πυρετός ἰσχυρὸς, 2. καὶ τῆς πλευρῆς ὀδύνη, 3. καὶ ὀρθοπνοίη, 4. καὶ βήξις, 3. καὶ τὸ σίαιλον κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπόχολον πίνει. Et l. III. d. morb. Οὐόταν πλευρῆς λάβῃ, τὰ δὲ πάσχει. Ὁ δὲ τὴν πλευρὴν, καὶ πυρετὸς καὶ φρίκη ἴσχει. Καὶ ἀναπνέει πυκνὸν. Καὶ ὀρθοπνοίη ἔχει. Καὶ ἀναβήσκει ὑπόχολα, οἷα ἀπὸ σιδήρος, ἣν μὴ ῥήγματα ἔχῃ. Ἢν δ' ἔχῃ, καὶ αἷμα ἀπὸ τῶν ῥηγμαίων. Ordine nunc horum signorum causas exponere convenit.

XXV. Do-

XXV. Dolor vehemens adest ac punctorius. Hunc modum & à materia & à parte adfecta acquirit. Dolor affligit, quia à sanguine adfluente implenteve vasa, tumescunt musculi, membranæ ac hisce instrata succingens tunica vehementer distenduntur, unde novo semper intruso sanguine, punctorius dolor exsurgit. Hæ membranæ postea gravius ab acerbis materiæ particulis ceu aculeis punguntur, ut ægrotantes in magnos interdum clamores erumpant, als wann sie mit nadsen gestochen oder alles in ihnen zerrissen wurde / à materiæ acris ac corruptæ agitatione, sanguineque à corde in has partes jugiter impulso ac undique membranas, sensu tenerrimo præditas, tendente. In inspiratione potissimum excruciat hic dolor, quoniam tunc temporis musculi ad tumorem usque pleni, cum violentia dilatantur, quod non potest cum insigni ac dolorifica fibrarum extensione, non esse conjunctum.

XXVI. Interdum tamen, dolorem hunc acerrimum in pleuritide non persentiri, contingit. Accidit hoc post putridas ac ardentes febres, sanguinis quibusdam partibus *venρωσ* affectis, corruptis & in acre & virulentum tabum abeuntibus; quod cum natura è corpore emovere satagat, voto tamen suo frustrata, in proximas cordi partes illud deponit, quibus *παύσην* inducit. Hinc quia caro & carni quod adjacet mortuum est, nullus amplius ibi viget sensus.

XXVII. Febris acuta, continuo affligens, tertianæ simplicis vel duplicis indolem referens: talis autem est in progressu morbi, non in principio. Est ex earum genere, quas comitatas seu primarias appellant. Quotusquisque enim est, qui pleuritide laboravit, & non ante insultum, febrilia quædam symptomata, in sanguine gliscentia, perturbationem sc. in toto corpore; horrorem, calorem frigusque alternantia habuerit. Intenditur tamen febrile hoc incendium à spiritus fervore furoreque, quem dolor ciet; sanguinis stagnantis & extra venas elapsi putredine, quæ putrida effluvia cordi communicata p. n. calorem in eo accendere valent.

XXVIII. Tus sis molesta, quæ vel humida est, quando aliquid materiæ sive pituitosæ, striis sanguineis interpersæ; sive biliosæ sive serosæ, flavedine tinctæ egeritur: Vel sicca, in qua nulla

nulla adparent sputa. Humidam fieri putant à transudatione alicujus materiæ è latere inflammato in thoracis cavum. Ego à materiæ vel pituitosæ, vel serosæ, quæ à sanguine secëssum fecit, in pulmones effusione, cui postea aliquid sanguinis admisceri potest, oriri puto. *Sicca*; à calidis & acerbis sanguinis vaporibus, in pulmonum tunicam asperæque arteriæ sensibilem membranam impingentibus, excitatur.

XXIX. *Respirandi* difficultas has causas habet; quod musculi interni, qui ad thoracis dilatationem faciunt, inflammatorio tumore sint obsessi; unde tensis ita musculorum fibris, contractio relaxatioque ægrè admodum perficitur: Vel etiam quod ipsum pulmonum viscus sit adfectum, quod coarctando respirandi vias, vehementemque in sanguine suscitando calorem, *ὑπὸ πνοῇ* inducat.

XXX. Pulsus durus, parvus & frequens ac inæqualis, à frequenti ac crebra cordis micatione, validaque ventriculorum ejus constrictione oritur; hinc magno quidém, ast sæpius repetito impetu sanguis in aortam perpellitur. Serratum vocant.

XXXI. Superfunt adhuc *prognostica*, quæ eventum, eaque quæ morbum hunc consequi solent, nobis significant. Consequi autem solet sæpius *salus*, quandoque *mors*, vel alius morbus. Partiemur ergo hæc signa in *bona*, quæ salutem præfagiunt, & in *spem boni eventus* nos erigere gaudent: & *mala* quæ mortem portendunt perniciemque ægro.

XXXII. *Bona* potissimum sumuntur vel à *viribus*, vel ab *excretis* aliisque. Naturæ vires si fuerint validæ, & undiquaque constantes securitatem promittunt, ægrumque morbo brevi defunctum iri significant. Omnium actionum tam animalium, quam vitalium & naturalium examen institui potest.

XXXIII. *Excreta*, quibus natura sæpius hunc judicat morbum, superatque judicando, quoad materiam multiplicia sunt: Sunt enim vel *sanguis*, & hic vel per nasum, vel per anum, in utroque sexu, vel per uterum in fœminis rejectus: Vel *sputa*; vel *sudor*; vel *urina*.

Sanguis: hæmorrhagia narium, ut & mensium fluxus ac hæmorrhoidum, prægressis signis coctionis ac die critico superveniens, bono est.

Sputa: in his varia veniunt contemplanda, substantia, quantitas, qualitas, modus excernendi, ac tempus, nam

In omnibus laterum morbis sputum promptè ac cito exire necesse est, flavumq; sputo permixtū esse. Hipp. Coac. prænot. 390.

Si ineunte pleuritide expectoratum illico adpareat βραχύνει τὴν νόσον. Hipp. aph. 12. I.

Sputum in morbo latereli, ubi tertio die expui cœperit, celeriores solutiones facit, ἡλιόσας ποιεῖ τὰς δόσολύσεις. Coac. prænot. 385.

Οἱσι ὁ πυρετὸς ὁ θέρως δόπο γίνεται μὲν τὴν ῥῆξιν, καὶ σπινῶν θηλυμέωσιν, καὶ τὸ πύον ἀνὰ γαστρὴν ῥηιδίως, λευκὸν ἐόν καὶ αἰοσμον, καὶ λεῖον καὶ ὁμόχρεον, καὶ ἀφλέγμαντον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σώζονται συντόμως.

Sputa costæ sunt, cum ὁμοία similia sunt τῷ πύω, Hipp. περὶ διαίτης ὁξέων.

Πτύαλον τὴν ὁδὴν λεῖον, χρήσιμον. Coac. prænot. 391.

Bonum quoque est in morbo laterali affectis dolorem & alvum emolliri, sputa colorari, nullos in pectore strepitus fieri. Coac. prænot. 386.

Biliofi & sanguinei morbi laterales ferè nono aut undecimo judicantur, ac maxime convalescunt.

Quibus in morbo laterali lingua circa initia biliosa est, hī intra septimum judicantur; quibus tertio & quarto die, circa nonum. Plura qui desiderat adeat autores.

XXXIV. Mala signa sunt quæ interitum præfagire solent: suntque sputa tenuia nimis, aquosa, viscida ac tenacia, ἀκρητὰ quæque, sincera, impermixta, biliosa, serosa, valde sanguilentæ, viridia, nigra, æruginosa, livida aliove colore sitincta egerantur, sive in principio sive in morbi progressu. Valde etiam fœtida, difficulter prodeuntia, dolorem non sedantia rotundaque, mala.

In morbis lateralibus, quibus circa initia in totum purulentæ sunt exspuitiones, ij tertio aut quinto die moriuntur. Quos si superent, nec multo rectius habuerint, septimo aut nono aut undecimo subpurati fiunt. Hipp. Coac. prænot. 379.

Quibus

Quibus confestim excretionibus cujusvis sunt generis, & dolores admodum acuti, ij tertio die moriuntur, quem si effugiunt, convalescunt. Hipp. *πὲρ πᾶτων*.

Nulla prorsus prodire sputa, pessimum. Morbi enim laterales *ξηρὰ καὶ ἀπύρεσι*, χαλεπώταται difficillimi superatu.

Metuendi quoque qui ad superiora tendunt. Ob quas putas rationes?

Morbi laterales graviores, qui *αὐτὸ πασμάτων* sine divulsionibus, quam qui *μὲ πασμάτων* contingunt: Quid per spasmata intelligat Hipp. hic non est explicandi locus.

Quibus in morbo laterali plurimus ex sputo strepitus in pectore personat, & vultus demissus est, oculusque aurigine suffusus, ac caligine obductus, in his mors expectanda.

Deliria quoque diuturna, mala.

Pulsus quoque explorare ac lotium inspicere non inutile erit. Si, quæ alias in hoc morbo profuisse observata sunt, nihil opis adferant, malignitatis suspicio adest, plurimique ægrotantium intereunt.

XXXIV. Periculum quoque interitus, remque ægrotantis alexæ plenam esse significatur, & tum medio difficile admodum incumbit pensum, quando pleuritis in alium degenerat morbum, vel quando priore in loco suo permanente, alius illi veluti *Πιγνῆμα*, supervenit. Sic *πλευρίτις περιπνευμονία κακὴν*. Vel enim pleuritide in sua sede manente, ob causæ vehementiam, humoremque turgentiam peripneumonia accedere potest; quod morborum genus *Πιγνῆμα*, modum vero propagandi *Πιγνέσιν* Hipp. vocat: Vel etiam priore morbo abeunte, alius subolefcit, principemque ac vitæ valde necessariam partem obsidet, & *ἡσυχία καὶ ἀδύναμις* appellatur, fitque priore in totum abeunte, seu *μεταχώρησις* materiæ morbi- ficæ ex uno loco in alium focum, ut in pleuritide, quæ in peripneumoniā transit, usu nonnunquam venit. Sic etiam si pleuriticus dolor ex sputis biliosis absque ratione evanuerit, in delirium incidunt ægri, propter *μετακίνησιν* materiæ morbum facientis in cerebrum. Malum quoque, rupto versus interiora

abscessu, pus in thoracis cavum effundi, ibique collectum stagnare, atque empyema facere. Et tantum de signis.

XXXVI. Ordo ad curationem nunc devolvitur. Ante autem quam eam adgrediamur, indicationes primò, ad quas ceu rerum agendarum scopos, curam nos dirigere oportet, eruemus. Cum autem pleuritis sit inflammatio lateris, easdem nobis, quas inflammationes cæteræ, suggerat indicationes necessum est. In triplici ponuntur differentia; Vel enim curatoria est, quæ morbum, qui intemperies est cum materia, tollendum; Vel præservatoria, quæ causas, id est, influxum, influentem, influxurumque sanguinem, amovendas; & vitalis quæ vires tuendas ac conservandas præcipit. Cum autem morbus i. e. intemperies illa calida tolli nisi causis sublatis non queat, ab iis removendis ergo initium faciamus. Causæ ergo hujus morbi cum sint humores vel in vasis adhuc fluentes, vel in affecta parte stagnantes. Unde motu & quiete peccant hi humores. Motu peccans, sedationem quidem requireret. Ast inutilis hæc indicatio est: Ut utiles inveniamus venire in considerationem non solus motus debet, ejusque modus, sed & movens imprimis atque motum, imo etiam termini. His inter se collatis aliud atque aliud se offert remedium, motui nimio sedando destinatum. Qui movet Spiritus est. Solus hic est omnis cujuscunque motus in corpore causa: Naturalis quidem per se; At ejus qui p. n. est, occasione rei molestantis; Res hæc molestans sanguis est, seu quid sanguinis. Terminus à quo impellitur cor est, utpote, cujus pulsus in universa corporis membra fertur. Terminus ad quem latus est, intra quod sanguinem stagnare contingit, id est, impulsari plurimum, & transmitti paucum. Si tale in nimio motu vitium contingit, videntum, an id valde sit tale, an minus. Priorem impetuosum; eelerem seu festinum alterum adpellare libet. Si motus nimius est æstu seu effervescentia sanguinis, hujus tranquillatio ac refrigeratio: si fervore spiritus hujus sufflammatio: si orgasmus in sanguine, hujus purgatio indicatur. Si sanguinis in latus motus est impetuosus, revulsio; si festinus, diversio facienda. Ubi remissior est motus, vel quando adhuc aliquid sanguinis in latere stagnantis ac fluctuantis continetur, derivatio fieri debet.

debet. Si nullus amplius motus inest sanguini, sed impactus hæret, resolutentia externa, interna, attenuantia, discutientia; Vel si hoc obtineri non potest suppurantia in usum trahenda. Ulcus si adest non est negligendum, sed secundum artis præcepta tractandum.

Febris, cum ut plurimum primaria sit, habenda quoque ratio est, ne nimium invaleseat. Convenientibus proin refrigerantibus sanguini naturalis sua *Διέσσις* reddenda.

Dolor si valde urget *πρηγορεία καὶ αἰσδυα* postulat.

A vigiliis immodicis si vires nimium deiciantur, somnum conciliantia sunt adhibenda. Pro siti decocta ex pectoralibus conveniunt.


XXXVII. Cum autem *remedium* duntaxat eius rationis sit, merusque in mente medici residens conceptus: Interea tamen & carcer est & scopus subsidiorum: necesse enim est scire prius, quid sit agendum, ut scias per quid agere, & quomodo quod oporteat, debeas. Indaganda igitur subsidia, quæ revera naturam in sanando juvare possunt, seu ipsi augendo vires, ut Diæta; vel affectui subtrahendo ut *chirurgiæ & pharmaciæ*.

XXXVIII. A quo autem subsidiorum genere curatio sit inchoanda nondum inter auctores convenit. Nos urgentiori prius occurrendum putamus: Nihil autem magis urget impetuoso sanguinis motu, qui malum perenni suo adfluxu incrementum accipit: Huic impetuositati, sola *revulsio*, qua & aliis intentionibus satisfacit medicus, compescendo valet. In Administranda autem V. S. diligenter attendendum *ascendens* sit an *descendens*, si ascendens est, vena juxta malleolos sita incisa, præsentem feret opem: si vero descendens, in brachio ut vena secetur *revulsions* leges jubent. Sic si dextra in dextro; si sinistra, in sinistro fiat. Verum cum res hæc maximis adhuc difficultatibus urgeatur, artisque proceres sententiis valde discrepent, operæ erit pretium si in hujus veritatem paulo curatius inquisivero, nodumque huncce Gordonium, circuitu sanguinis nuper invento, ceu Alexandri gladio dissecuero. Ut autem hæc clarius percipiantur, hypotheseos loco quædam sunt præmittenda.

XXXIX. Rem ordiar ab ovo. Si quod motus virium in sanguine est, plurimum interesse, quæ vena secetur, quotidie do-

cemur. Hæc res quia multis dubitationibus apud autores involuta jacet, diligenter tradenda venit, ut interim brevitati & perspicuitati consulam, ecce rei summam præscripto diagrammate explicatam dabo. In hac ergo figura venæ arteriis semper sociatæ conspiciuntur. Vbi A. ibi sedes Cordis est, qui fons sanguinis, autorque omnis in eo motus tum violenti tum naturalis. B. C. brachii utriusque venas & arterias B. dextri, C. sinistri D. E. utriusque pedis venas & arterias D. dextri C. sinistri designat. F. Venam *αξυγον* & G. G. arterias venasque intercostales superiores notat. Reliqua sunt intercostalia inferiora vasa. In his vasis duplex est contrarietas

obposita & disparata. Obposita est inter C. & inter propagi-
adscendentium; quæ rur-
una inter B. D.
ἱξιν seu κατ'
tera inter B. E.
ἀνάπαλιν Hip.
trarietas deni-
est inter B. C. &
præhabitis rem



rata. Obposita B. & D. E. seu nes truncorum & descenden-
sum duplex est,
& C. E. κατ'
ἐν ὁμοίαν: Al-
& C. D. κατ'
vocata: Con-
que disparata,
D. E. quibus
sic definire so-

leo: si venæ sectio debet esse revulsoria, eligatur vena quæ sic parti affectæ è directo obposita, sive qua vacuata, sanguis à corde sursum faciens impetum, cogitur deorsum ire, ad subplendum vacuum, & vice versa, si opus est *diversoria*, incidatur quæ parti laboranti est contraria, sed disparatè. *Derivatoria* in affectu nostro vix locum habet, nullæ enim patent viæ in quas se affecta pars secundum naturam deonerare solet: Vulnerata tamen cute accucurbitulis admotis à nonnullis elicitur sanguis.

XXXX. Fundamento ergo posito, ut res tanti momenti ac utilitatis in arte plenius & ex toto capiatur, sciendum, ut paulò ante monui, cor sanguinis esse fontem, vimque sanguinem per corpus propellendi à natura habere, omnesque aded revulsiones, corde mediante fieri; si sanguinem impetuosius sursum trudi contingat, veluti in adscendente pleuritide, quid rogo

rogo contrarium esse potest, quam deorsum? Revellere est vi quadam retrahere sanguinem, qui in obpositam partem cum impetu tendit. Nullum in animali cor adesse ponamus, sed unum perpetuum truncum, sanguinemque suoapte motu sursum ire, tu si in inferiori parte aperies, deorsum procul dubio trahes: Sed hoc propter Cor, venarumque valvulas motui huic sanguinis obstantes, fieri nullo modo potest: Cor enim seu potius per cor humores revellere cogimur; imò præsentissimæ forent revulsiones si ipsas arterias pertundere liceret: Quando ergo è venis exhaurimus sanguinem, ut vacuum conceptaculum illud repleatur, mox alius ex arteriis succedit; sic in pleuritide descend. secta in brachio vena revellimus sanguinem à latere; sanguine exeunte, per ἀνατομώσας alius in eas sese insinuat, ad minimas illas arterias succedit ex majoribus, axillari nimirum, ad axillarem è truno aortæ adscendente, in quem vis seu impetus sanguinis trahitur, & hoc pacto arteriis intercostalibus inferioribus, sanguis, in quas primo faciebat impetum, eripitur.. Et talis est vis *revulsionis* ut sanguis sursum ebulliens, aperta in inferioribus partibus vena deorsum ruat. Sanguis enim noster instar viatoris est oculis capti, qui, quo ducitur, eò quoque sequitur. Exemplis, ni cuivis obvia essent, hoc illustrando posset confirmari.

XXXXI. Sed ut hæc omnia nostro affectui magis adcommodemus; semper in animo habenda est distinctio illa in adscendentem & descendentem. Quæ adscendens quæque descendens nominetur, jam supra audivimus. Concessa enim nostra hypothese rem ex facili determinare possumus. Affirmamus enim in *adscendente*, si revellere est consilium, in pedis venis ejusdem lateris V. S. institui debere. Hæc autem cum præ*descendente* rarior sit, rara quoque V. S. in pede est, ut penè in usu esse desierit. Fieri tamen debet, & maximo cum successu à nonnullis celebratam novi; si venæ pedis exiliores sunt, quam ut eas tundere permittatur, non ideo tamen ad brachium, sed poplitæam, magnam illam satisque eminentem & in nullo non adparentem venam recurrendum: nullum etiam magnum exigit apparatus, præter aquam cui pes immittitur calidam, ad rarefaciendam sanguinem vasaque dilatanda. Plæ-
raque

raque in descendente observanda. In qua ut omnes musculi interni ac membrana pleuritica tota inflammetur, non est necesse. Satis est si hic, ille musculus, hæc illave membranæ pars. Vena ergo ejusdem lateris secunda opus est. Id quod Divinus senex I. II. περιδιαλῆς ὀξέων difertis docet verbis, χρητάμεναι τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν ἑσῶ, ἐφ' ὁκόλερον ἀν' ἡ τῶν μερέων: Et quid ni medico eodem modo, quo Naturæ, quam recte agentem imitandam sibi proponit, revulsiones instituere liceat? sic epate inflammato, sanguis è dextra nare erumpens, bono est & morbum, si larga satis est, judicat; E contra si καὶ ἀνάπαλιν sit, irrita est excretio, ac ægotantem in magno versari discrimine, resque ejus in deterius ruere significat. Καὶ ἀνάπαλιν αἱμορραγθεόντα κακόν. Quæris causas? In eas hætenus nemini τῶν ἰατρῶν penetrare licuit. Interim ἔχσον φύσις ἡτοῖ. Αἰετορίσκῃ δ' ἐν φύσις ἐωυτῇ τὰς ἐφ' ὅδ' εἰς Hipp. VI. Epidem. t. 1. 2. Vel causæ sunt *Natura, mentus* tam latentes quam patentes, *humores*. Quis fit quod medici post V. S. ex simplici duplicem nonnunquam pleuritidem fieri videant? Quod non convenienti loco revulsionem celebrent.

XXXXII. *Tempus* autem revulsioni maxime obportunum morbi principium foret, tunc namque impetus ille deonerato gravante ac redundante in vasis sanguine nullo negotio subflamminari posset; sed quoniam non citius medici (mala vulgi consuetudine) adcersuntur, quam cunctando invaluerit malum, dolores vehementescant ac cuncta in deternis vergant. Quid tum medico, de ægotantis salute sollicito, molendum? Ego nihilominus mitterem sanguinem etiâ post quintum vel sextum diem vocatus (nulla einim heic recuperandæ valetudinis spes superest sine sanguinis detractione) non tamen tantum, quantum morbi vehementia requireret: non omnis qui peccat, unâ vice emittendus; Verum iteratò & per ἐπίκρασιν eundem demere expedit? præsertim si vires morbi violentia fractæ jam langueant, ætas sit ineptior, mulier gravida, consuetudo nulla. Si V. S. revellendi gratia iteranda, præstat eodem die, & horis non multis interpositis; sanguis sæpius emissus potenter quoque revellit. Temporis tamen quantum inter pre-

præcedentem ac sequentem sit interponendum, id ex necessitate mittendi, conditione personæ aliisque circumstantis con-
jicere oportet.

XXXXIII. *Mensuram* detrahendi sanguinis Hipp. I. de rat. viâ. in acut. nobis definit. καὶ τὸ δὲ ἀφαιρῆεν δὲ κατὰ πλὴν τῆς σώματος ἔξιν, καὶ ὥρην, καὶ χρoίην, πλεον καὶ θαρσέων. Κἢν ὁξὺ τὸ ἀλγῆμα ἢ, ὥγειν πρὸς λειποψυχίην. Ad tria potissimum respiciendum ad vires, ad redundantiam sanguinis & impetum ejusdem ac fervorem. Quanto enim vires robustiores (non enim hic quæ ætas sit, neque quid in corpore intus geratur, sed quæ vires sint, adtendendum, monente Celso) sanguinis copia major ac impetus adfunt, eò liberalius quoque educendus sanguis. Sæpius quoque V.S. repeti potest, ac vulnus, instillata olei gutta apertum servandum, ut religato ac diducto vulnere profluere queat rursus. Inter mittendum, ægrum, an dolorem imminui sentiat, interroga, si adfirmat, fluentem subprime. Quod si sentiat dolorem, aliquot adhuc uncias 3. vel 4. emitte, donec indicanti sit satisfactum, post obthura.

XXXXIV. His ita peractis, antequam ad aversionem accedamus, monitum Hipp. sequentes, ventrem clystere proluere alvumque residem subducere enemate non tam utile quam necessum est. Ex sequentibus, autē parari potest, Rad. alh. lil. alb. liquiriz. Herb. emollientibus, sem. lini. fænugræc. Ficub. Flr. chamomillæ, dissolvantur in eo Elect. Catholic. Ol. chamomill. lin. lil. alb. &c.

XXXXV. *Revulsione* præmissa ac convenienti sanguinis mensura detracta, sæviente nihilominus dolore ac æstuante in parte affecta sanguine, relictis parum viribus, avertendi sanguinis consilio, venam in opposito brachio tundendam curamus, ut & sanguis ille in latus adhuc influens, alio divertatur, motusque, quo sanguis adhuc agitur, tollatur. Mensuram auferendi sanguinis manifesta dolorum remissio indicat, si lapsus virium à frequenti V.S. metuitur, ea in usum trahenda, quæ sanguinem ferventem turgentemque humectando tranquillat, ac spiritum ferocientem, cui sanguinis hic motus debetur, demulcendo consopiant; quorum usu mira medicos præstare posse indies observare est. Quamprimum enim spiri-

tus noster irritatus conquiescit, nec ultra naturæ leges amplius movetur subito quoque sanguinis (qui solius spiritus motu agitur) impetus frenatur. Conducunt ac profuisse observati sunt syrup. papav. errat. nymph. Diacod. Montan. Laud. op. ol. lini, amygdalar. dulc. &c.

XXXXVI. *Dolor* in hoc affectu interdum valde urget, eumque unice sublatum cupiunt ægrotantes, cum vires valde adterat, ut ergo leniatur, opera danda. Dolent autem hic membrana tam succingens quam musculorum propria, quas scindunt lacerantque materiæ morbificæ aculei. Ergo indicatio ad materiam illam quæ putrescendo in signè acrimoniani contraxit, redit. Varia ex tabula *παρηγορικῶν ἢ ἐπικεραστικῶν* promi solent. Oleum lini valde commendatur ad ʒijf. haustum, etiam oleum amygd. d. sem. cannabis oleosa namque hæcce acutas materiæ morbificæ partes viscidis suis acramosis partibus involvunt implicantque, motum earum sistunt, secumque in massam sanguineam abripiunt. Ego seqq. maximo cum successu sum usus:

℞ Sem. lin.

C. bened. ʒj.

card. Mar.

papav. err. āā. ʒj.

Aq. c. bened.

cerefol. papav. err. aa. ʒj.

Card. Mar. violar.

Cinamam. f. v. āā. ʒf.

F. Emuls. quæ dulcoretur rot.

m. Chri. perlat. addendo.

Ocul. cancr. pp. ʒj.

CrySTALL. pp. gr. viij.

Mag. C. C. gr. xv.

M. ad v.

Adsumatur uno haustu, statim post sanguinē missum.

Seq. etiam valde convenit.

Extrinfecus sequens illiniri potest Vnguentum:

℞ Amygd. d.

Sem. lin. svj.

melon. cucurb.

citrull. aa. ʒif.

Card. bened.

papav. aa. ʒj.

Aq. C. bened.

Mar. āā. ʒij.

taraxac. papav. err.

scabios. āā. ʒj.

F. Emulsio, quæ dulc. f. q.

syrup. dialth. addendo

Rasur. dent. apr.

mandib. luc. pisc.

Ocul. cancr. pp. ʒf.

Mag. C. C. ʒj

M. ad v.

℞ Vncti

℞ Vngu. l. anodynī,
l. pectoralis,
l. dialth. ℥j.

Pingued. capon. ℥iſ.

Ol. amygd. d.
chamomill.

ſcorp. āā. ℥j.

Croc. or. Θſ.

M. ad oll.

ſi lubet addi poterit

Ol. Tartar. Θſ.

valde enim confert.

Hoc Vnguento ter quaterve in die calide inun-
gatur affectum latus.

Balneis quoque Hipp. ſæpius fuit uſus, has videl. ob cauſas
παρηγορικόν ἐς τὸ λελθόν καὶ πύελος πεπαντικόν, καὶ ἀνά-
γωγόν. Καὶ εὐπνοον καὶ ἄκοπον μαλθακτικόν γὰρ καὶ ἄρθρων,
ἔπιπολαίς δέρματι. Καὶ καρηβαρίην λυεῖ. Καὶ ῥίνας
ὑγραίνει. Ἀγαθὰ μὲν ἔν λυγρῷ τοσαῦτα πάρεσιν, ὥν πάντων
δεῖ. l. derat. Viſt. in ant.

XLVII. Quando aliqua ſuſpicio humoris in latere adhuc
ſtagnantis adefſt, ac portiunculæ quædam ſanguinis gelati ac in
grumos concerti deſixæ ibi hærent, adtenuantia, ſeu quæ par-
tes hæſce liquando diſſolvunt, erunt præſcribenda; Ego ta-
li utor.

℞. Raſur. dent. apr. Θj.

Ocul. Cancr. pp.

Cryſtall. pp. ſſ.

Aq. papav.

Card. bened.

ſcabioſ. ſ. cærefol. ℥ſſ.

ſyrup. papav.

capill. ♀. ℥iiſſ.

Spt. Vitriol. gutt. vij.

M. ad. v. potio hæc hauriatur

℞. Aq. chærefol.

C. bened.

papav. err. ℥ij.

ſcabioſ. ℥j.

Ocul. cancr. pp. Θj.

Matr. perlar. pp.

Succin. alb. pp.

Raſur. dent. apr. āā. gr. xv.

Extraſt. enul. gr. vj.

Effent. papav. err. ℥j.

Spr. Sulph. Θj.

D 2

tepide horis matutinis.

M. ad v. De hac mixtura singulis horis 2. vel 3. cochlearia capiantur.

In transcurfu notandum, omnia ea medicamenta, quæ proprietate in pleuritide prodesse perhibentur, non alio modo vim suam exserere, quam quod sanguinem extravasatum, vi sua salina eum fundendo, à coagulatione vindicent, quo in venas remeare queat. Recte si his utere, raro non tum adsequeris scopum.

XLVIII. Si perseveret in sanguine orgasmus, nec sponte conquiescat *ῥῆν φαρμακῶν*, ne turgens illa materia majora corpori damna inferat. Blanda sint purgantia, quæ exitum quærentem biliosam illuviem evacuent. V. g. Syrup. ros. solut. comp. c. R. A. & S. Elect. catholic. Mann. Syrup. de cichor. cum Rhabarb. aliaque.

XLIX. Etiam sudores provocantium & in halitus materiam crasfiorem attenuantium remediorum usus proficiuus valde est.

℞. Aq. C. bened.

C. Mar.

chærefol. i

scabios. āā. ℥℥.

syrup. papav. err. ℥v.

sal. C. bened. ℥j.

Rasur. dent. apr.

Ocul. Cancr. pp. āā. gr. viij.

Spirit. vitriol. gtt. v.

M. ad v. fumatur mane vel vesperi.

Impactam materiam resolventia ac discutientia sunt seqq.

℞. Rad. alh.

lil. alb. āā. ℥j.

Herb. malv.

violar.

Flor. Hyperic. āā. Mj.

Coq. ad mollit. & per setaceum trajice, deinde adde

Farin. sem. lin.

fœnugræc. āā. ℥j.

Pulv. flor. Chamomill. ℥v.

Butyr. s. s. q. s.

F. Catapl. ad fctile.

Admoveatur dolenti lateri.

Empl. etiam diachylon. cum gumm. Empl. d. mucilaginis, inducta linteo dolenti admoveantur lateri. Hæc duo Empl. etiā hanc vim possident, ut si materia omnino discuti nequeat, reli-

reliquias in pus convertant; ejus euacuatio, empyema aliàs vel phthisin causaturi summo opere est necessaria.

L. Pure ergo generato ac abscessu rupto, quod vel sponte, exesa cute, vel à medicamentis aliisve irritamentis contingit, tum temporis expectorationem seu *αἰσκάθαρσιν* promovenda sunt exhibenda. In quem finem bechicorum commendatur usus. Præscribi passim solent varii generis *ἐκλέγματα*, de quibus merito tamen dubites, an in pulmonem descendant, saltem quomodo ad latera sic deveniant, aut ex pectoris cavo materiam educant: v. g. si materia nonnihil tenax est, lenta etiam ac viscida, qualis ut plurimum est, seq. syrporum mixtura usurpari potest.

℞. Syrup. d. liquirit. jujubar.	℞. Syrup. acetos.
tussilag. ʒj.	hyssop.
hyssop. ʒss.	liquirit. ʒj.
Oxymell. f.	Oximell. squillit.
squillit. ʒvj.	Acet. squillit. ʒss.

Spec. diatr. f. ʒss.

Aq. scabios. q. s.

M. ad v.

mixtura de qua sepius aliquid
lingatur.

Vel si cui magis adridet tabell. seqq.

℞. Spec. diatr. f. ʒss.

Flor. Sulphur.

Lact. Sulphur. āā. gr. ix.

Extract. liquirit. ʒj.

Flor. benzoin. gr. v.

Sacchar. in aq. scabios. f. ʒij. F. Conf. in
rotulis.

Acida præ reliquis omnibus, laudibus extollit, Hipp. l. d. vict. rat. in acut. utpote *αἰαγωγά & πινάλα, καὶ ἀδιψα, καὶ ἐπινοα*, non autem valde sint acria, his enim nihil efficies, materiamque glutinosam magis reddes.

L.I. Vigiliæ si sint nimix & immodicæ somnus omni ingenio procurandus, quod vel internis vel externis obtinebimus, vel utrisque simul:

R. Internum tale esto ;

Aq. lactuc.

papav. err. ℥℥.

Syrup. papav.

violar. ℥iif.

Laud. op. gr. ij.

M. ad v.

Sumatur tempore somni capiendi.

LII. Vires si afflictae defetiscant, quod ob dolorum immunitatem accidere potest, sequenti aqua refocillare convenit.

R. Aq. rosar.

violar.

scabios. āā. ℥j.

C. bened.

Chærefol.

veronic. āā. ℥℥.

Rotul. m. Chri. perl. ℥iij.

Rasur. dent. apr.

mandib. luc. pisc. āā. ℥j.

Ocul. Cancr. pp. ℥℥.

Aq. cinam. f. v. ℥℥.

Conf. alkerm. ℥℥.

M. ad v.

de qua sæpius aliquid sumatur.

LIII. Ventum tandem est ad victus regimen seu diætam; in qua quantum situm sit, neminem medicinam facientium latet. Summopere cavendum, ne in rerum non-naturalium usu (cujus errores in hoc affectu lethales esse solent) peccemus. Et quidem cibos quod attinet, victus admodum tenuis esse debet, cum ex acutorum sit numero, quod & Hippocrates præcipit, ὅκως μὲν ἐν κατὰ τὸ νύκτωρ τῇ ἐχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκάειον χρῆσθαι aph. 7. I. Si namque pleniori victu uterentur, igni febrili, materiæque morbificæ fomenta subministrarent, τὰ μὲν γὰρ μὴ καθαρεῖ τῶν σωμάτων οὐκόσω αὐτὴν πρέψῃς, μάλλον βλάψῃς; & quod maximum, spiritum naturamve à concoquenda materia avocarent. Ergo, ut Spiritus huic vacet nu-

cet muneri, cibus non est onerandus; si tamen virium labascen-
tium adest formido, ptissana hordeacea, quam Hipp. tanto-
pere commendat in acutis, ovis forbilibus, quibus croci mo-
mentum insperferis, carnibus pullorum, vitulorum, non mul-
ta pinguedine scatentium, uti licet; pingua enim facile inflam-
mantur & in biliosum humorem facessunt: *Ἀρχὴν τοῦ Φη*
semper observetur. Potus sit hordei decoctum, vel C. C. vel
compositum ex seqq.

℞. Hord. mund. ℥ij.
Rad. glycyrrhiz. ℥iij.
Fic. pingu. num. vj.
Jujubar. par. iij.
Passular. num. ℥ij.
Cinam. opt. ℥ij.

Incisa & conquass. d. ad ch.

Coq. in 4. aq. f. mensur. ad 3. mensur. remanentiam.

Hujus usus tempore sitis creber esto, pulmones humectat,
sanguinis spiritusq; fervorem restinguit. In aere degat tempe-
rato. Vini usui ei interdicatur, cum multos, generosum prae-
fertim, dederit exitio. Somno, si per dolores licet tussimque,
indulgeat; Nam spiritum tranquillat, sanguinem refrigerat,
concoctionem ac pepasimum materiae morbificae promovet.

Alvus suppressa clysteribus injectis irritetur. Animi
pathemata omnia moderata sint.

Θεῶν μὲν δόξα.

ERRATA.

Th. II. l. 16. *potius*. Th. IV. l. 49. *vendo*. Th. IX. l. 10.
& 11. *inflamma* & 26. *occasionem*. Th. XVII. l. *magna*. Th.
XXXII. l. 6. *deterius*. Th. XXXIII. l. 18. *defecid.* ἐν Th.
XXXIV. l. 20. *σπασμῶν*. Th. XXXIV. l. 8. *humorum*. Th.
XXXIX. l. 12. *arterias*. Th. XLI. l. 28. *ἀμαρτὰ γένεσθαι*.

F I N I S.

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...